

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska z uzupełnieniami wersji krakowskiej**

Rękopis Biblioteki Uniwersytetu w Lipsku „Albertina” 951b, k. 85v–86

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 1

[1] Hic incipitur de cesare Ottone, qui fundavit templum in Meÿdeburg, qui ius municipale transmutavit de Theutonico in Latinum. Capitulum primum.

Cesar<sup>a</sup> Otto Ruffus fundavit templum in Meÿdeburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos et consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum, qui tunc iuraverunt et nunc iurant [k. 86] annis singulis, dum elliguntur, ius ac prefectum et honorem <sup>civitatis b></sup> custodire et agere, quanto caucius et melius sciant, aut possunt, cum consilio ac iuvamine seniorum. <et hoc non dimittendo non ratione amoris molestie c> < ire vel munerum sicut eos iuvet Deus et sancti eius Consules exac d> Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensu. Consules etiam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac coretos iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Sclavonicas marcas, que faciunt triginta tres solidos. Quando consules suum conventum exponent, extunc quicquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto, [/] quod iure [s] divino non contradicit, firmum et inviolabiliter debet observari. Et quicumque violaverit, hoc consules habent agere <sup>iudicare d></sup>. Et quicumque ad conventum [e] venire neglexerit, cum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem conventus |-o f-| sibi pronunciatus fuerit, demeretur quinque solidos.

<sup>a</sup> iniciał C wysokości pięciu wersów; <sup>b</sup> nadpisane zapewne ręką komentatora, rozmazany inkaust; <sup>c</sup> nadpisane, zapewne ręką komentatora; <sup>d</sup> kontynuacja wpisu na górnym marginesie, wyblakły inkaust; <sup>e</sup> na marginesie znacznie późniejszy niedbały wpis de con[ventu] eme[?]; <sup>f</sup> skreślone ręką autora podstawy

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]